Respons. [illegible]

Vir Clarissime

Dimittere tandem Italico decreto procerum non dubitare longius ut decreti sumus; et quem comitatum ivimus, ipsius Archivius etc. opportune hercule, et ~~ex~~ voto cum bonorum omnium, tum potentior meo et meorum, qui gratitudinem tanti viri congratulantur non immerito juventuti meae. Toti itaque in eo nunc sumus, et quidem, ut fere circa extrema ista assolet occupatissimi; nam summa, quod ajunt, dies in tertiam aut quartam a Paschate praefixa est, quo magis agnoscere te cupio si verbis longius quam pro tui dignitate parcioribus impudens promissorum exactor adeum. [illegible] tandem; unde non est quod pluribus te morer aut moneam unum illud insuper obtestabor, ut si quas commendatitias illas literas quibus introitum ad intima [illegible] Venetiae jam pridem mihi pollicitus, aliquid porro monitionum sive Praeceptorum ab incomparabili illo judicii tui penu superaddere dignatus fueris, summi apud omnia beneficii loco habituros eosque me ac Parentem meum confidas. Vale Vir maxime et me ama, cui nulla regionum longinquitas hanc benevolentiae tui memoriam quae sincerum erga te affectum excussura est; ita me sospitet qui te incolumem patriae diuque Deus Opt. Maxim. Raptim Hagae Com. 13. Apr. 1620.

Tui Studiosissimus Obs.mus

C.H.